

**A**lij autē hos in tantū diuersē claritatis gloriā  
ita p̄cellunt sicut lucifer pliades. luna luciferū.  
sol lunam in claritate excellut. **N**os autē omes  
tantū corpus xp̄i in claritate excedit. quātūz  
creator creaturas trāscendit. vnde et in dexte  
ra dei patris sedere scribitur. quia in gloria di  
uine maiestatis fulgere creditur. igitur talis  
visio et talis gloria regnū celoz. q̄ soli celi  
id est iusti hac visione fruūtur. quoz p̄mum  
sumum bonum est in quo habent plenū gaudi  
um de plenitudine omnū bonorū.

**C**oncluditur q̄ sancti nō de sensibilibz rebz.  
sed de sumo bono delicientur. **C**a. xlī.


**O**ncluditur itaq̄ q̄ sancti nō de sensibili  
bus rebus delicietur. sed se in sumo bono  
esse et sumum bonum in omni creatura et extra  
om̄em creaturā videndo frui gloriētur. **S**i enī  
quicquā m̄mus q̄ sumum bonū in p̄mū accipie  
rent adhuc plus appeterent. et d̄sequēs eis q̄  
plenū gaudiū non haberent. **S**ed cum constet  
eos plenum gaudiū habere necessario sequiē  
eos sumū bonū deum habere id ē de eius efflu  
entia et plenitudine omnū bonorū abundare.  
**R**uādo autē celum celorū legitur. ip̄e deus in  
telligitur ubi iusti in abscondito facie sue a co  
turbacione hominū celantur. **V**nde scribitur.  
Habebitis thesauros in celo. hoc est in deo. **A**d hoc  
sumum bonū iusti quadam cathena trahūtur

que de virtutibus hoc modo connectitur. In  
primis fides animam quasi quidam circulus co-  
plicitur. fides spe nutritur. spe dilectione tes-  
netur. dilectio operacione expletur. operatio ad  
sumum bonum intentione trahitur. intentione bo-  
ni perseverantia clauditur. perseverantie deus fons  
omnium bonorum dabitur. Igitur qui hac cathena  
tractas hanc turrem scandens culmen eius  
attingit. non solum se veram vitam cognosce-  
re sed se penitus in ea beate vivere gaudebit.  
quia in ea huius glorie consors erit. **F**ratres  
vere vite et omnime beate viventium faciat te deus  
participem. quoniam nos omnes ad sumum bonum perducatur.  
**A**ugustini de vere vite agmatic libellus explicetur.



34





## TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

## TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007



A    1    2    3    4    5    6    M    8    9    10    11    12    13    14    15    B    17    18    19

